



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Qua[m] breues sint mu[n]di voluptates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

Heb. 6. animæ anchoram habent.
1. Thef. 5 rursus hanc virtutem galeæ
 salutis appellat.

Quā breues sint mūdi voluptates

55.

*S*irenes procul este, procul fuge blanda voluptas.
 Desine nos cantu perdere velle tuo.

Gaudia nam nobis quod primum ostendis et offeris.
 Id facis, ut miseris causa sit ista necis.

Nam velut ex molli nil vnquam excerpitur vna,
 Vt semel ut preli fluxerit inde liquor:

Sic semel ut prelo mortis caro nostra subacta est,
 Non viret ad lusus post rediua suos.

S C H O L I A .

Serm. 9. *Sirenes procul este*) D. Bernardus
in Sæctis. exponens illud Canticorum, Meliora sunt vbera tua vino, ait, pro
 vinum, carnis voluptates intelli-
 gi posse. Idque ut planum faciat
 his verbis utitur: Ut vna semel
 expressa non habet iam quod de
 nuo fundat, sed perpetua ariditate
 damnatur: sic caro in pressu
 mortis ab omni prorsus sua d

lectatione siccat, nec ultra
 reuifcitur ad libidines. Vnde pro-
 pheta: Omnis caro fœnum, & *Esa. 40.*
 omnis gloria eius tanquam flos
 fœni. Exsiccatum est fœnum, &
 cecidit flos. Et Apostolus, Qui se- *Galat. 6.*
 minat in carne, de carne & metet
 corruptionem. Et rursus: Esca *1. Cor. 6.*
 vētri, & venter escis: Deus autem
 & hunc & has destruet. Hac ni-
 mirū similitudine ostendit pius
 hic Author quàm fluxæ accidit
 perituræ sint mundi voluptates,
 ac proinde stultissimum esse, qui
 animum his affigit.

Res aduersas prosperis opta-
 biliores esse.

56.

*Optio si detur sortis mihi (fœmina princeps
 Dicebat) media viuere sorte velim.
 Si nequeam media, tum dura viuere malim,
 Quàm nimia rerum prosperitate frui.
 Egregium sanè dictum: ratioque peris de*